


27

25

31

21

16



Illius impellit uehemens facundia mentes,
Fluminæ cursus ceu uiolentus aquæ.
Ille ferit tanquàm præcordia malleus ictu,
Et secum rapido quò cupit ore trahit.
Temporis hunc nostri posses propè dicere Crassum,
Teste Orator erat qui Cicerone grauis.
Nec modò sacra docet uiuo manantia fonte,
Sed quoq; doctrinæ est consona uita suæ.
Illius ergo uices tum Neuheuserus obibat, Samuel Neuheuserus
Egregium nomen qui Samuelis habet. Concionator Ulmēsis.
Blanda capit subiens eius facundia mentes,
Lenèq; ceu placidi fluminis agmen agit.
Hic Euangelium docuit pro tempore Christi, Concio.
Quod prohibet Pluto pectora serua dare.
Et spectare iubet uolucres & lilia campi, Matth. 6.
Quas curis uacuas uestit alitq; Deus.
Et uult Aethereæ nos quærere limina sedis,
Esse Deo curæ cætera nostra monet.
Non inopes, inquit mystes, modò taxat Iesus,
Pertinet ad dites hoc quoq; dogma uiros.
Hos quoq; sæpè coquit scelerata cupido tenendi,
Paupericmq; timent anxia turba sibi.
Quin proceres magniq; Duces quoq; sæpè tenere
Plura uolunt, nequeunt & retinere modum.
Vnius haud satis est illis possessio regni,
Addere ad imperium plura uoluntq; suum.
Victor Amyntiades propè qui sibi subdidit orbem, Alexander Magnus
Addidit & regnis plurima regna suis, gnus non contentus
Quæsiuisse suos proceres iam dicitur olim, regnis suis.
Latiuago mundus num foret orbe nouus,
D Quem

Ende

Anfang